

ALIS.

negatio Dei.
s et positivus.
tici.

existentiam

norat Deum

rum nomine
entiam entis
nant. Quum
tiam Ipsius
um eas pro-
m concipi-
duntur.

et omnia co-
intelligentiae,

vi ejus
lis, vel infi-
esse valeat

Ubiquitas Dei seu omnipraesentia.
Illa Dei praesentia qua Deus rebus ac locis *existentibus*
omnibus immediate adest.

Voluntas Dei antecedens est voluntas
divina prout fertur in objectum bonum vel malum
secundum absolutam ejus considerationem. Ita ju-
dex vult voluntate antecedente ut homo libere vivat.
quia libere vivere secundum se sumptum est bonum.

Voluntas Dei consequens. Voluntas
Divina prout fertur in objectum bonum vel malum
non absolute sed secundum peculiaritatem suam adjuncta
consideratum. Ita voluntate consequente vult iudex
homicidam hominem privare libertate vivendi, non
quia homo est, sed quia est homicida; damnare enim
homicidam est bonum, liberare est malum.

CONSERVATIO. Actus divinus ex quo res creatae in exis-
tentia sua perseverant. Est autem conservatio altera
positiva et directa, altera *negativa et indirecta*.

Conservatio directa tunc habetur quan-
do res conservata ita a conservante dependet, ut sine
conservantis positiva actione existere per se non pos-
sit; ita aqua per calorem calefit, et nonnisi per eam-
dem caloris actionem calida perseverat.

Conservatio indirecta est vel non des-
tructio rei, vel actio removens principium, per
quod res corrumpi posset, quae actio non directe fer-
tur in rem ipsam conservatam, sed in causas, quibus
positis, res ipsa corrumpi posset vel perire; ita si quis
custodiat puerum ne in ignem cadat, puerum indi-
recte conservat.

CONCURSUS DEI NATURALIS. Actus quo Deus efficien-
ter influit in operationes rerum creaturarum.

Concursus	{	mediatus	{	physicus ac praevious
		immediatus		moralis
				simultaneus